



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118472

§. 3. Novi Pontificis Coronatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

Pauli petiit, in quo pernoctans die vige- Sæcul. XVI^a
sima octava Augusti mitram, sacram- A.C. 1522.
que trabeam induit, Pontificio ornatu
Romam ingressurus.

§. II.

Adrianus Romam ingressus.

Altera die vigesima nona ejusdem men- Pallavicino
his t. 2. s. 3.
sis Papa Romam ingreditur, & Cle-
ro, populoque Romano eum comitanti-
bus, solemini pompa in Vaticanum de-
ducitur, ipsumque Altare majus acces-
sit, ubi cuncti Cardinales, ac denique
ceteri omnes nulla habita dignitatis
ratione promiscuo ordine illius pedes
deosculabantur. Ad vesperam equo
conscenso, cum pileo ac stola ad Basili-
cam S. Petri processit, Judæorum pla-
team, & aciem Campi Floræ præter-
vectus. Dein ad templum Vaticanum
delatus, solitum occupabat locum, ac
rursum a Cardinalibus consuetos sub-
missionis honores accepit, qui impropto
nomine *adoratio* dicuntur.

§. III.

Novi Pontificis coronatio.

Trigesima ejusdem Mensis die Adria- Ciacon. l. cit.
nus in Sacello S. Andreæ rem di-
Onuphr. in
vinam Pontificali ritu peregit, atque a vita Pontif.
Hist. Ecclesiast. Tom. XXXIV. O Car-

Sæcul. XVI. Cardinale Cornaro ad gradus Basilicæ
A.C. 1522. S. Petri thiaram recepit, solemnique
 pompa coronatus est. Peractis hisce
 solemnibus totum sacrum Collegium in
 aula Innocentii VIII. prandio exceptit,
 prohibuitque, ne arcus triumphales, ut
 Romani ea die solebant, erigerentur,
 cum vero eorum quidam jam pene con-
 fectus quingentorum solidorum sumptu-
 excitaretur, illius structuram interrum-
 pi præcepit, dictans, *quod triumphales*
arcus gentilitios potius ritus, quam Christia-
nos & Religiosos decerent.

§. IV.

Caraffa & Cajetanus ad restauran-
dam morum disciplinam
selecti.

In ipso adventus sui in urbem exordio Adrianus primas eo curas intendit, ut Clericorum mores corrigeret, ac Ecclesiæ disciplinam restauraret. Hanc in rem duos selegit Viros meritorum excellentia, ac probatæ virtutis fama longe celeberrimos, quorum primus erat Joannes Petrus Theatinus Archiepiscopus, Theatinus vulgo dictus, alter vero Marcellus Cajetanus Thienæus. (*) Horum confilia rogabat A-

(*) Hunc non fuisse Cajetanum Thienæum obier-